Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-557812-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-557812-p0002-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-557812-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-557812-p0004-4

1664.

1 a,b,c Bornius, Jacobus: Disputatio I ad universum jus judiciarium commune et Saxonicum. 3 Exempl. 1664, 1678 u. 1704

2. Bornius, Jacobus: De solutione pupillis ac minoribus et ab iis facto facienda.

3. Brummerus, Andreas: De locatione et conductione

4. Eckolt, Amadeus: De Salviano interdicto.

5 Eckolt, Amadeus: De quinquennalibus induciis

6. Eckolt, Amadeus: De actione institoria.

7 a,b Kuchlerus, Georgius Guilielmus: Jus monetarum. 2 Exempl. 1664 u. 1738.

8. Leibnuzius, Gottfredus Guilielmus: Specimen quaestionum philosophicarum ex jure collectarum

9. Norius, Johannes Ernestus: Expositio juridica tit. pandect. et cod. ad Sctum Vellejanum.

10. Norius, Johannes Ernestus: De taciturnitate

11. Norius, Johannes Ernestus: De fictione

1667.

12. Noricus, Johannes Ernestus: De aequitate.

13. Romanus, Paulus Franciscus: De societate

14 a et b Romanus, Paulus Franciscus: De osculis. 2 Exempl.

15 Schacher, Christophorus Hartmannus: De legitima parentum

16 Schacherus, Quirinus: De juramento suppletorio

17 Srendendoerffer, Barth. Leonhardus: De exceptione

18. Srendendoerfferus, ~~Barth.~~ Geog. Tobias: Posthumorum jura

19 a et b Starck, Christophorus Heinrich: Sertum Rutaceum domus Saxonicae insigne. 2 Exempl.

20. Weise, Christianus: De T. Livii Romulo.

21. Wertheren, Gottlob, von: De jure precariae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-557812-p0007-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-557812-p0008-7

1664, 5

JESU SALVATORE FAVENTE
&
*Magnifico JCtorum ordine indulgente*

# DISPUTATIONEM JURIDICAM
*De*
# QVINQVENNALIBUS INDUCIIS,

*Sub*
PRÆSIDIO
*Magnifici Academiæ RECTORIS,*
VIRI
*Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Conſultiſſimi,*
*Excellentiſſimi,*

DN. AMADEI Eckolts/ Phil. & U. J. D. ac Prof. P. Facult. Jurid. Aſſeſſoris, Domini Patroni, Præceptoris, ac Fautoris ſummo amoris ac honoris cultu devenerandi Publico eruditorum Examini ſupponit.

JOHANNES SIGISMUNDUS Findekeller/
Dreſd. Miſn. A. & R.
*Ad diem 13. Octobr. Anno 1664.*
Lipſiæ in Collegio Petrino.

---

Literis JOHAN-ERICI HAHNII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-557812-p0009-6

Accipite

VIRI

*Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Conſultiſſimi, Reverende, Prudentiſſimi, Clariſſimi,*

DN. MATH. BETSCHKE/ Conſul Budiſſinenſium pro tempore Primarie,

DN. JACOB MONCH/ U. J. D. celeberrime & Marchionatus Luſatiæ ſuperioris Cancellarie graviſſimè,

DN. CASPAR ZEJDLER/ Conſul itidem Budiſſinenſium meritiſſime.

DN. JOHANNES THEJLL/ M. P. L. C. & Scholæ Budiſſ. Rector vigilantiſſime,

DN. LEONHARDE FRJETSCH/ Marchionatus Luſatiæ ſuperioris Secretarie ſpectatiſſime,

DN. GODOFRIED SCHRAMM/ J. U. C, & Practice Budiſinenuſim feliciſſimè.

*Patroni, Præceptor, Affines, Fautores, ſummâ obſervantiâ colendi*

Has

STUDIORUM PRIMITIAS

in

*Arrham*

*Decentis reverentiæ & debitæ obſervantiæ*

â

Veſtro

FINDEKELLERO.

IN

Nomine Ejus

*Qui omnium legiſlationum principium, medium & terminus eſt*

*Nov. 109. pr.*

# PROOEMIUM.

ACcedite miſeri! accedite infelices, quos adverſæ fortunæ caſus ad miſerabilem paupertatis conditionem redegit! accedite! hic vobis aſylum; Hic remedium, quo jure à jure tuti eſſe poſſitis. Abeant, quos ſcelerata luxuria, nefandaque fallendi nequitia de bonis præcipitavit, quibus non aſylum, ſed exilium, non defenſio ſed offenſio debetur atque paratur. Aſylum eſt SS. Principis Majeſtas, ad cujus gratiam, gratamque clementiam confugere licet ſingulis, quibus malitia aditum non recuſabit. Accipite ipſi⁹ reſcriptum, quod inſtar murorum Romanorum à violentia creditorum ſanctione munitum eſt atque defenſum. Hujus reſcripti beneficia, beneficiorumq; inſignes effectus monſtrabunt vobis ſequentes theſes, quas pingui Minerva conſcriptas lectori candido exhibeo & pro tenuitate ingenii defendendas propono. Aſpiret divinæ omnipotentiæ gratia!

I.

Priuſquam ad ipſa Moratoria reſcripta perveniam varia ejus nomina recenſebo.(a) vocantur autem alias etiam dilatoria (b) quinquennales induciæ (c) literæ gratiæ (d) ſalvi conductus (e) ſeu ſecuritatis, reſpicationis (f) item Moratoria præſcriptio (g) à Saxonis autem Eiſern Brieff (h)

a (a) Nihil enim teſte Comico conducibilius eſt quam nominum explorata ſignificatio. Illumque, qui alicui rei operam dat, nomen ejus unde deſcendat, noſſe oportet. *arg. l. 1. pr. ff. d J & J.* imò è re eſt, priuſquam ad verborum interpretationem perveniamus, de ſignificatione ipſius tituli cognoſcere *l. 1. pr. ff. de reb. cred.* quid ergo me iniquè facturum cogito, utpote qui ſim juri deditus, cum ipſis juris interpretibus ſignificationes titulorum juris non negligendas recommendet *Go-*
b *dofr. ad d. l. 1. pr. ff. de reb. cred. lit. e* (b) à differendo remorando, quia exactionem & petitionem creditorum differunt, morantur, hoc eſt retardant. Quod enim vocabulum morari proprie retardare & differre ſignificet, patet ex *l. 5. §. 1. ff. ut legat. ſ. fidec. nomine l. 91. §. 1. ff. de V. O. l. 6. ff. de uſu & uſuris legat. l. 85. §, 2. ff. de R. J. l. 10. in fin. C. de Epiſcop. & Cler. Beſſold. Theſ. Pract. verb. quinquennel. pag. 859. Speidel. ſub. eod. tit. in notab. Anton. de moratorijs reſcriptis concluſ. 4. num. 16. Wolffrumb. de Jur. princip. concluſ. 18. lit. b. Donell. lib. 22. c. 9.*
c (c) Quinquennales dicuntur à forma, quia ejuſmodi debitori infelici plerumque in ſpatium quinque annorum conceduntur, intra quod debitum à creditore exigi nequit *l. 4. C. de precib. Imper. offerendis l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* (in his duabus legibus reſcripta hæc moratoria fundamentum ſuum habere, teſtatur *magnif. Dn. Carpz. Juriſpr. forenſ. part. 2. Conſt. 22. def. 29. num. 2. Wolffrumb. de Jur. princ. concluſ. 18. lit. b. Hering.*

*ring. de fidejuſſ. c. 5. num. 100. Perez. prælect. ad Cod. tit. de prec.*
*Imp. offer. num. 5. &* Eu *benius ad illum lit. d. Ming. de ſuperio-*
*rit. territor. theſ. 74. contra Fabr. & Cujac.)* hinc Phraſis Ger-
manorum quinquennel außbringen/einen Anſtandsbrieff erhal-
ten/*Reform* der Polizey *Ordn. de Anno* 1548. *& renov. de Anno*
1577. *tit.* von verdorbenen Kauffleuten. *Schönborn. lib. 5. Polit. c.*
*26. Beſold. Theſ. Pract. & Speidel. notab. d. l. Anton. de reſcript.*
*morator. Concluſ. 4. num. 16. & 18.* (d) Non enim ſunt ex me- d
rito, ſed impetratâ precipus Principis gratiâ, utpote cujus eſt,
ut miſeris & egenis beneficiis ſuccurrat *Limnæus. lib. 4. Tom. 1.*
*Jurispubl. c. 8. num. 331. Anton. concluſ. 4. num. 11.* (e) In rario- e
ri aliquâ ſignificatione. Communiter enim & in generali ſi-
gnificatione, ille dicitur ſalvus conductus, qui datur Bannitis
delinquentibus & negotiatoribus per alienas terras. (venien-
tes enim & remeantes omni ſecnritate potiri debēt *l. 3. C. de na-*
*vicul.* In uſitata ſpeciali ſignificatione, ille, qui vocatur ſicher
Geleit zum Rechten und vor unrechter Gewalt *Becht. tract. de*
*ſalv. conduct. c. 1. §. 11. & c. 11. & ex eo Weinmann. diſput. de re-*
*ſcript. morat. theſ. 1. Anton. concluſ. 4. num. 9. 10.* (f) miſerias f
enim quies lenit *Senec. Med. verſ. 258.* dicitur quoque à non-
nullis laxamentum, daß er ſich in der Zeit wieder erholen kan oder
zu ſich ſelbſten kommen. Sic in hac ſignificatione laxamentum
duum menſium datur tutori ad colligendam pecuniam in *l. 7.*
*§. 11. ff. de adm. & peric. tut. videatur Calvinus in Lexic. verb.*
*laxamentum* (g) *l. 8. C. qui bon. ced. poſſ.* (h) *Hering de fidejuſſ.* g h
*c. 5. num. 102. Beſold. Theſ. Pract verſ.* Eiſern werden *Spreng. Syn-*
*tagm. Jurispubl. c. 7. num. 18. Limnæus. dict. l. num. 331.* quia
hiſce dilatoriis reſcriptis duri quaſi ferrei & impenitrabiles eſ-
ſent contra creditorium exactiones. hinc autor des Froſch-
meißlers. Da bringt der Teuffel aus der Höll/einen Schutzbrieff
mit der Quinquennåll / da wird der Fleiſchmann Stahl und Ei-
ſen etc. ferreum enim eſſe ſignificat durum eſſe ac inexorabi-
lem *Anton. d. l. concl. 4. num. 36.* eodem inſignificatu in Haſſiâ

& Thuringiâ dicitur Eiſern Vieh/Eiſern Kühe/Kälber ꝛc. (quæ relinquuntur ab his, qui ſolum vertunt & ſine dimiſſione Dominorum in terras alienas migrant) ideò, quod quaſi nunquam moriantur, & perpetuo durent, propter ſubſtitutionem in locum demortuorum, *Erhard de operis ruſtic. theſ. 30. lit. d. & ex illo Anton. dict. concluſ. num. 39. Beſold. theſ. Pract. verbo*, Eiſern Vieh.

II.

Synonymiam ſequitur definitio. (a) Eſt autem moratoria dilatio beneficium à Principe (b) æquitatis intuitu (c) petenti, qui caſu fortuito damnum paſſus (d) datum, ut intra certum tempus (e) dilationem ſolvendorum debitorum habeat, nec à creditoribus ad ſolutionem compellatur. (f)

a (a) Ex qua tanquam potiſſima parte rei vis ac natura rei inveſtigari poteſt, *Eberhardus loc. top. 15. ſub. definit.* hinc omnis diſputatio à definitione incipere debet, ut intelligatur, quid ſit id, de quo diſputetur. *Cic. de offic. lib. 1.* §. 7. Definitio enim nihil aliud eſt, quam quæ explicat, quid ſit res. *Giph.*
b *in Comment. ad R. J. reg. 202.* (b) Olim quidem ſoli Imperatori competebat, ſed hodiè etiam mediatè Statibus Imperii, *de*
c *quo theſ. ſeq.* (c) Optimo enim jure & ſumma æquitate hæc reſcripta miſeris debitoribus dari poſſe probat ratio juris Divini *Exod. 22. verſ. 20. argum. verſ. 2. c. 24. Deuter. Syracid. 29. verſ. 11.* Et Humani; tam Canonici *c. reſcripta. 25. quæſt. 2.* quam Civilis. Jus enim Civile (1.) punitum ulterius puniendum. *l. 2. ff. ad L. Pompej. de parridiis* & infortunium hominis alio detrimento prægravari vetat *l. 28. C. de Epiſc. aud.* (2) ut Creditor ſe non acerbum nec contumelioſum exactorem, ſed moderatum & cum efficacia benignum cumqve inſtantia humanum præbeat, præcipit. *l. 33. pr. ff. de uſuris* (ad qvam legem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-557812-p0014-0

gem *in notis lit. Z. Godofred.* optime refert, ut etiam dilatio fiat) *l. 45. §. 10. ff. de jure fiſci.* Ulpianus monet exactio non extra ordinem ſed civiliter fiat *l. 23. §. ult. ff. qvod met. cauſa.* Qvin ipſa æqvitas naturalis hoc admittit, cum creditori jus ſuum non tollatur, ſed ſalem ad modicum tempus ſuſpendatur. In modico autem tempore nihil fermè eſt præjudicii *l. 24. §. 4. in med. ff. Locat. Conduct.* Paucorum enim dierum mora non officit, ut recte *Godofredus monet ad d. l. lit. a.* nec non utilitas creditoris & debitoris hoc reqvirit, utpote cum & ipſi creditori hiſce reſcriptis proſpiciatur, dum ſecurior fit pro debito per fidejuſſoriam cautionem. Sic etenim elapſo tempore dilationis commodius exigere poteſt. *Hermes faſcic. Jurispubl. c. 11. qvæſt. 1. num. 107. Schön. Diſput. de reſcript. morat. theſ. 3.* (d) Non enim cuilibet Banckæruptori, fallito d
decoctori, qvi bona helluando perdidêre, datur, ſed illi ſoli qvi caſu fortuito aut ſine culpa damnum paſſus de qvò *infr. theſ. 4.* (e) Qvod plerumqve ſpacium eſt qvinqve anno- e
rum, de qvo *infra. Theſ. 7.* (f) In his conſiſtit effectus, mora- f
toriarum *de qvibus theſ. ult.*

III.

Cauſa efficiens eſt Imperator (a) cui jus hoc concedendi moratorias literas olim qvidem ſoli propriè & independenter competebat. Hodiè autem conceditur qvoqve Electoribus, Regibus, Principibus, (b) Civitatibus, (c) ſed dependenter (ſive fiat volentibus Creditoribus ſive nolentibus) (d) hac tamen differentia ut litteræ ab ipſo Imperatore conceſſæ, valeant per totum Imperium, à Principibus verò datæ, in ſuo tantum territorio, (e) Imò privatis qvoqve Creditoribus (f)

a (a) Hinc refertur inter Regalia ſeu reſervata Imperii Spreng. *Synopſ. Jurispubl. c. 7. p. 203. 204. Gail. lib. 2. obſ. 46. num. 14. Beſold. lib. 1. politic. c. 4. §. 4. num. 15. not. 3. Ming. de ſuperior. territor. theſ. 74. Eubenius ad Perez. Comment. in C. de precib. Imperat. offer. num. 5. lit. d. Anton. de reſcript. morat. concl. 11. Hermes. faſcic. Jurispubl. c. 10. num. 106. Weinmann. d. l. theſ. 6.* propter legem *2. C. qvi bon. ced. poſſ. l. fin. eod. l. 45. §. 10. ff. de jure fiſci & reform.* Polizey Ord. *de Anno 1548. & 1577. tit.* von verdorbenen Kauffleuten/ *verſ.* So ſetzen ordnen und wollen wir *&c.* Æqviſſimum autem eſſe ut Imperator (qvi clementisſimus omnium Statuum & Procerum Imperii eſt R. A. *de Anno 1525.* Summus Imperii Monarcha *Reinkin. de regim. ſec. & Ecc. l. 1. claſſ. 2. c. 2. num. 80.* penes qvem hominum Deorumqve conſenſus maris terræqve regimen eſſe voluit *Valer. Maximus in Præm. rer. memor.* Summus orbis Chriſtiani magiſtratus & Dominus ſceptro regiæ dignitatis adminiſtrans Imperium R. A. *de anno 1559. in principio* §. Und uns mit der Würde/ ꝛc. Mundi Dominus *l. 6. ff. ad Leg. Rhod. de jactu l. 3. C. d. qvadrienn. præſcript.* (ad qvam *Godofredus lit. c. dicit* ſunt omnia Imperatoris Imperio, non dominio *arg. c. in apibus 7. qvæſt. 1.* qvoad protectionem, non alienationem *Cujac. l. 10. obſ. 30. Otto Jur. publ. c. 6. pag. 48. ſeqq. Reink. d. lib. 1. claſſ. 2. c. 8. num. 97. Cluten Sylloge rer. qvotid. theſ. 1. lit. b.*) cujus Imperialis fortuna omnes alios ſupereminet *l. 7. in fin. C. de bon. qvæ lib.* cui DEus dedit plurima habere & multorum Dominum eſſe *Nov. 7. c. 2. §. 1.* Qvoqve nihil in terra ſanctius habetur *l. ult. C. de legib.*) qvædam habeat reſervata, qvæ osſibus ipſius ita adhæreant, ut ea nullus à ſceptro & corona Cæſarea divellere aut ullo tempore præ-

b ſcribere qveat *Thom. Mihael de Jurisdict. theſ. 3.* (b) Superiorem tamen in ſuo territorio non recognoſcentibus. Ob generalem regulam politicorum Princeps in ſuo territorio tan-

tùm

tùm valet, qvantùm Imperator in Imperio *Limnæus d. l. num. 339. Beſold. Polit. lib. 1. c. 4. num. 15. Speidel. notab. verbo* Quinqvennell. Salvum modo maneat Jus ſuperioritatis *Reink. de regim. ſecul. & Eccl. lib. 1. claſſ. 5. c. 6. num. 38. Q.* An hoc jus qvoqve competat Anguſtæ? (Certum qvidem eſt, qvod multa habeat Privilegia & communia cum ipſo Imperatore non ex ſe & propria autoritate, ſed per Imperatorem ſeu in modum cujusdam dependentiæ ſive acceſſionis *Dn. Struv. Syntagm. Juris Civ. theſ. 11. Exerc. 2.* ſicut enim aliàs uxores maritorum dignitate & privilegiis fruuntur, *l. 8. ff. de Senat. l. 13. C. de dignit.* ſic Auguſtæ privilegiis Imperatoris gaudet, & legibus ſoluta eſt. *l. 31. ff. de legibus.* Iisdem fermè ritibus ac ſolennitatibus coronatur, conſecratur, & inungitur, qvibus ipſe Imperator. *Speidel. notab. tit.* Keyſer. *pag. 563. Limnæus lib. 2. c. 14. num. 18. tom. 1.* ſicqve coronatam fuiſſe Annam Auſtriacam conjugem Matthiæ I Imperatoris teſtatur *Goldaſt. in Polit. Imperial. part. 1. diſcurſ. 14. pag. 179. Lampad.* in Reichshändeln *art. 24.*) Majeſtatis titulo itidem ut Imperator honoratur. Perpetuum ad inſtat Imperatoris Cancellarium Abatem Fultenſem habet R. A. *de Anno 1566. in Cat. Otto Jur. publ. c. 10. p. m. 297. Limnæus d. l. num. 23.* ſic utitur privilegio fiſci *l. 6. §. 1. ff. de Jur. fiſc. l. ult. C. de qvadr. præſcript.* Auguſtæ donatio inſinuatione non eget. *l. 34. de donat.* Donatio Imperatoris in Auguſtam Auguſtæque in Imperatorem conſtante matrimonio illicò valet, morsque non expectatur *l. 26. C. de donat. inter. vir. & ux.* Donatio in filium facta, valet pleno jure inſtar peculii caſtrẽſis *l. 7. C. de bon. qvæ lib.* cubicularii Auguſtæ æque ac Imperatoris privilegio utuntur, quod ſortiantur forum apud Magiſtratum officiorum *l. 3. C. de præf. ſacr. cubic. &c.* quia autem tantum ea privilegia habere poteſt, quorum capax eſt, quæque ad reverentiam, immunitatem, vacationem & ſimilia pertinent, non quæ ad reſervata. *Richard. Dieter. de Majeſtate theſ. 72.* hinc vix poſſe moratoria concedere

vi-

videtur, utpote cum jus concedendi inducias moratorias ſit reſervatum ſolius Imperatoris, & inſuper Imperium noſtrum fœminarum Imperia non agnoſcat. Excepto caſu ſi ſpeciali privilegio Imperator Auguſtæ concediſſet vid. *Limnæum Lib. 2. c. 14. Tom. 1. num. 9. & ſeq.* Q. An Vicariis competat tempore vacantis Imperii? Aff. (1) quia Vicarii omnia poſſunt quod principalis *l. 2. C. de Offic. ejus qui vic. alic. judic. l. 1. §. 4. ff. de legat. tert. l. 1. C. de Offic. Vic.* (2) *ob*, commune brocardicon, exceptio firmat regulam in caſu non excepto. *arg. l. 4. §. fin. ff. de pen. legat.* (de quo videatur *Cubach brocardico. 9. Jacob* Schultzens *Loc. comm. tit. exceptio num. 8.*) at regula eſt, Vicarii omnia poſſunt, quæ, ipſe Imperator, Exceptio eſt in feudis majoribus, & omni genere alienationis per *text. A. B. c. 5. §.* Außgenommen der Fürſten Fahnenlehn *ibique Buxtorf. concluſ. 71.* Moratoria autem reſcripta non excipiuntur, ergo poſita exceptio firmat regulam in caſu hoc non excepto. Huc quadrat illud *Cic. pro Balbo num. 32. lit. e.* ſi exceptio facit ne liceat, neceſſe eſt licere, ubi non eſt exceptum. (3.) neceſſe videtur eſſe, ut hæc cum aliis conceſſa ſint vicariis, alias non opus fuiſſet in ſpecie feuda excipere, ſi enim hæc concedere noluiſſet, excipere ea in ſpecie debuiſſet (4.) quia omnia quæ neque in damnum imperii vergunt nec alienationem in ſpecie olent, vicariis conceſſa ſunt per *cap. 5. A. B. per quæ verba* Sie ſollen Verweſer und Mehrer des Reichs ꝛc. *videatur Buxtorf. ad A. B. concl. 5. theſ. 71. Weinm. de reſcript. morat. theſ. 10. Anton. concluſ. 13. num. 4. Hermes faſc. juris publ. c. 20. quæſt. 18. num. 24.* (5) deniq; præprimis quia poteſtas Vicariorum hodiè ad reſervata Imperatoris extenditur teſte *Tom. Michael de jurisdict. theſ. 29. Buxtorf. ad A. B. theſ. 72. Hermes lib. 20. quæſt. 16. num. 22. Weinm. d. l.* Sed num Pontifex hoc jure uti poterit? in ſuo territorio ſuisque ſubditis ipſum hæc poſſe concedere, putarem ob hanc rationem, quia Principi in ſuo territorio licet, quod Imperatori in Imperio; Pontifex a. in ſuo territorio

ſum-

ſummus eſt Princeps, Ergo & ipſi poteſtas erit concedendi has
inducias. *vid. Weinm. de l. theſ. 9.* (c) Civitas enim Imperialis c
quoque in ſuo territorio & populo valet, quantum Imperator
in Imperio. *teſt. Ottone. c. 18. Jurispubl. p. m. 627.* Hinc civi-
tas imperialis Regalia etiam habet *Gail. l. 2. obſ. 57. num. 7.*
*Carpz. ad L. Reg. c. 3. ſect. 11. num. 26. & ſeqq. Warem. ab Eh-*
*renberg. de fœd. l. 2. c. 1. num. 39.* (d) *l. 31. ff de re judic Weinm.* d
*theſ. 13.* Contra Creditores enim alieni territorii concedi ne- e
queunt. Nam extra territorium jus dicendi impune non pa-
retur. *l. fin. ff. de jurisd. arg. l. 239. ff. de V. S. Dn. Struv. Exerc.*
*4. theſ. 58. Synt. Juris Civ. Treutl. vol. 1. Diſp. 4. theſ. 5. lit. c.*
*Perez. ad Cod. de Jurisd. num. 7. Hillig. ad Donell. l. 22. c. 9. lit.*
*g.* (f) Tum ob expreſſum textum juris in *l. 8. C. qui bon. ced.* f
*poſſ.* tum quia quilibet rerum ſuarū moderator & arbiter. *l. 21.*
*C. mand.* & quia Creditores aliquid de debito remittere &
donare poſſunt §. 13. I. de Leg. Si ergo hoc poſſunt tanqvā majus,
multò magis ſolutionē ut minus differre poſſe arbitror. Sed Q.
Siquidam ex creditoribus velint debitori has inducias conce-
dere, alii a. illorū nollent, quid faciendum ſit? major pars pro
modo debiti, non pro numero perſonarum *l. 14. pr. ff. depoſ.*
*l. 16. ff. de reb. autor. Jud. poſſ.* concedere poteſt, licet ceteri
nolint *l. 7. §. fin. junct. l. ſeqq. ff. de pact. Weinm. theſ. 14.*
*Schön. de reſcript. morat. theſ. 9. Thom. Mich. de jurisd. theſ. 47.*
*lit. d. Moll. 4. Semeſtr. c. 6. num. 5. & 6. Hillig. ad Donell. l. 22. c. 9.*
*lit. g. Leuſchn. de Mercat. theſ. 68. lit. b. Hafn. de mercat. theſ.*
*201. lit. b. Anton. de reſcr. mor. conc. 15. Woggeſſ. de Ceſſ. bon.*
*theſ. 6. §. 5. Dn. Carpz. Jurispr. for. par. 2. Conſt. 22. def. 29. Pe-*
*rez. ad Cod. tit. qui bon. ced. num. 24.* Hi tamen ſi reſcriptum
dederunt moratorium majoris ſecuritatis, non neceſſitatis er-
go poſſunt decretum principis addere *Anton. dict. concl. 14.*
*num. 3. & ſeqq.*

IV.

Hoc beneficium datur cuivis creditori (a) qvi
caſu fortuito damnum paſſus. (b) Petenti, (c) ejus-

qve hæredibus (d) & fide juſſoribus. (e) Non vero Banckeruptoribus (f) nec illi, qvi inficiatus debitum (g) & beneficio renunciavit, (h) nec illi, qvi convictus & à Judice damnatus eſt (i)

a (a) Non tàm mercatoribus, ſed & aliis negotiatoribus, ob eandem juris rationem, injuriam ſcil. fortunæ. *Hermes faſc. juris publ. c. 11, qvæſt. 2. num. 108. Anton. de reſc. mor. concl. 20.* *Q.* An qvoqve univerſitati Collegio, corpori poſſint dari literæ moratoriæ? Aff. generalitate textus dict. Policey Ord. de Anno 1548. Tit. von verdorbenen Kauffleuten. *& l. 8. C. qvi bon. ced. l. 2. C. de prec. Imp. off.* generalis namqve diſpoſitio non ſolùm perſonas ſingulares, ſed & corpora & univerſitates complectitur, qvod patet *ex l. 9. ff. de jurisd. l. 22. §. 2. ff. & l. 4. C. ex qvibus cauſſis maj. l. 15. ff. ad SC. Maced. l. 22. ff. de fidei. l. 10. §. 4. ff. do in jus voc.* Qvin etiam qvia Eccleſia (utpote corpus) bonis cedere poteſt, *Nov. 3. in præf. Dd.* concludunt, ad moratoria reſcripta ob finis itenditatem *Schneidw. ad §. ult. de Act. num. 14. Woggeſſ. de veſſ. bon. theſ. 4.* imò fictione juris univerſitatem legitimè convocatam perſonæ vicem ſuſtinere per *l. 22. ff. de fidei. l. 9. §. 1. ff. qvod metus cauſſa* tradit *Hering. de fidei. c. 7. num. 632. vid. Weinm. theſ. 21. Schön. theſ. 12. Zub. ad Perez. Comment. in Cod. de prec. Imp. off. num. 5. lit. d. verb. debitori Anton. concl. 18. de mor. reſcr.* Dicta etiam ad Judæos extendimus. (1) Ob generalitatem dictor. textùm (2) qvia aliàs communi jure Romano utantur. *l. 8. 9. 17. C. de Judæis & Cæl.* & multis beneficiis gaudeant (*de qvibus videri pt. Wes. in π. C. d. Jud. & Cæl. Perez. in Comment. ad eund. Anton. de mor. reſcr. concl. 19.*) inprimis, qvia ſalvo fruuntur conductu in terris ubi recepti ſunt. (neqve enim in perſonis neqve bonis innocentes illi ſunt offendendi *l. 14. de Jud. Nov. 45. pr.* hinc qvi Judæum occidit, tenetur de homicidio. *c. Clericum 5. & c. 40. diſt. 50. Reink.*

*de Reg.*

*de Reg. ſec. & Eccl. l. 2. claſſ. 2. c. 3. num. 50. Becht. de Salv. cond. concl. 92. Speid. in Notab. tit.* Juden *pag. 543.)* Moratoriæ autem induciæ ſunt ſpecies ſalv conductus, ut dictum *ſupr. theſ. 1. lit. e Hermes. faſc. juriſpubl. c. 11. qvæſt. 3. num. 109. Anton. d. l. concl. 19. num. 18. & ſeqq.* (b) Qvia ſcil. fortunæ aſperitate & injuria ex accidente non ſupina negligentia facultatibus lapſi ſunt, uno verbo, infelicibus & calamitoſis, ut vocantur ab Imperatore *Nov. 4. & Nov. 135. Hering. de fidei. c. 5. num. 104. Schön. theſ. 14. Weinm. theſ. 18. Ming. de ſuper territ. theſ. 74. Leiſchn. de mercat. theſ. 68. Anton. concl. 21. num. 2. & ſeqq.* contra jus enim dari neqveunt *Nov. 17. c. 5. & 6.* R. A. *de Anno 1567.* §. Wir wollen auch Qvid Si obreptitie impetraſſet ſupplicans has inducias, an habeant valorem? Neg. hic enim non ſolum impetratis uti neqvit, ſed & criminis falſi accuſatur *tot. tit. C. ſi contr. jus. vel util. publ. c. ſup. lit. 20. extra de reſcriptis.* Ulterius & illud in dubium vocatur, An hæ induciæ concedi poſſint iis, qvi partim vi fortunæ, partim culpa bonis ceciderint? Aff. hac reſtrictione ſi vis major, præponderet *Weinmann. theſ. 27. Schön theſ. 14.* (c) Seu ſupplicanti *l. 2. C. de prec. Imp. off.* invito a. c beneficium non datur. *l. 69. & 156. ff. de R. I. l. 19. §. 2. ff. de don.* Juſta autem petenti facile eſt aſſentiendum. *l. 2. ff. de his qvi ſui vel. al jur. l. 35. ff. de Serv. præ. ruſt.* & ubicunqve æqvitas ſ. utilitas publica ſuadet ſubveniendum. *l. 7. ff. de in integr. reſt.* (d) Si expreſſe Imperator, ſeu Princeps in reſcripto d mentionem fecerit, alias ſi omiſſa ſit hoc fieri poſſe, dubito (1) ob Privilegii perſonalis eſſentiam, qvod non tranſit perſonam *l. 1. §. 2. ff. de conſt. Princ. §. 6. inſt. de J. N. G. & c. l. 3. C. de leg. l. 7. pr. ff. de Except. l. 196. ff. de R. J. vid. Hillig. ad Donell. l. 22. c. 9. lit. bb. Weinm. theſ. 23. Schön theſ. 47. Limn. l. 4. tom. 1. c. 8. num. 345. Anton. concl. 64. de reſcr. mor. num. 31.* (2) quia ſæpe in herede ratio hujus privilegii ceſ- e ſare poteſt, dum illo, cujus heres eſt, reditur divitior. (3.) argu-

 men-

mento ſumto à ceſſione bonorum, quæ nec ipſa ad heredes tranſit, quia perſonæ adhæret, *arg. l. 23. ff. de re judic. VVog-geſſ. de ceſſ. bon. theſ. 15. num. 2. Hermes faſc. juriſpubl. quæſt.* e *9. c. 11. num. 115.* (e) & quidem (1) *ob §. ultimum inſt. de replicationibus* (*ad quem videatur Pacius*) *Dreutl. vol. 2. Diſp. 24. theſ. 4. lit. e.* (2) quia primo loco principalis conveniri debet poſteriori a. fidejuſſor *Nov. 4. c. 1.* Si a. principalis debitor propter inducias quinquennales conveniri nequit, conſequens eſt, quod nec acceſſorius debitor. (3.) quia niſi fidejuſſoribus has inducias prodeſſe concederetur, inducias effectu carere neceſſe eſſet. Harum enim finis & effect⁹ eſt, ut executionem & exactionem differant; cum a. fidejuſſor convenitur, beneficio excuſſionis ad principalem currit dumq; ex illo ſolutionem exigit, effectum amittunt quinquennales, quod tamen contra *l. 6. C. de leg.* fidejuſſor etenim ſe non aliter ad ſolvendum obligavit, niſi principalis excuſſus & ſolvendo amplius non ſit *Aut. præſ. C. de fidei.* (4.) quin, Si denegaretur hoc privilegium fidejuſſori, ſimul ipſis cum injuria adimeretur beneficium excuſſionis; quod itidem contra juris æquitatem. Beneficium enim Imperatoris iuterpretandum eſt, ne præjudicet tertio *l. 28. in fin. de milit. teſt. Schön theſ. 48. VVeinm. theſ. 71. 72. Limn. Jur. publ. d. l. num. 346. Treutl. vol. 2. Diſp. 24. theſ. 4. lit. c. Hermes. c. 11. quæſt. 7. num. 113. Perez. ad C. de prec. Imp. off. num. 8. adque illum Eubenius lit. x. Anton. de morat. conc. 65. num. 5.* niſi expreſſe renunciaverit beneficio excuſſionis *Nov. 136. c. 1.* (hoc facere ipſum poſſe patet ex *l. penult. C. de pact. l. 51. C. de Epiſc. & Cler.*) Hoc namque caſu literæ moratoriæ ipſi non proſunt teſt. *Limn. d. l. num. 347.* convenitur enim tunc ut principalis. *Gail lib. 2. obſ. 27. num. 21.* Renunciare namque nihil aliud eſt, quam principalem ſe conſtituere. *Hering. de fidei. c. 27. num. 100. & 101. Hillig ad Donell. l. 22. c. 9. lit. bb. Perez. ad C. de prec. Imp. off. num. 9. VVeinm. theſ. 75. Pfaud. theſi 20. de fidei. lit. g. Köppen quæſt.*

*jur.*

*jur. contr. 47. Gernerus in controverſ. jur. theſ. 23. Gail. l. 2. 
obſ. 28. num. 6.* (f) die mit übriger Pracht/ unordentlichen Leben- f
das ihrige verthan/durchgebracht/durchgangen/ und andere auff-
geſetzet *dict. reform.* guter Policey-Orden. *de anno* 1548. *&*
1577. *tit.* von verdorbenen Kauffleuten/ *qui ſecundum legem* 17.
*§. 2. ff. qui in fraudem cred.* luxu omnia bona aliena verunt,
diſſiparunt, fraude & inuſitato mercaturæ uſu decedunt,
hominib⁹ fraudes exſtruunt, tabernas oppacant, ne vitia mer-
cium videantur *Schneidw. ad §. prædior. num.* 18. *de ſerv. præ-
dior. urb. & ruſt.* quales mercatores Deo nunquam placere
poſſe conſtat *ex c.* 11. *diſt. 88.* his annumerandi ſunt etiam illi-
qui fugæ ſe accinxerunt. Securitas enim & omne privilegium
datum eſt, ut valeat, rebus ſic ſtantibus. *l. 38. ff. pr. de ſolut.
Schön theſ. 16.* his omnibus denegandum hoc beneficium De-
ceptis n. non decipientibus ſubveniendum *l. 2. §. 4. ff. ad SC.
Vellei.* maleficiis minime indulgendum *l. 38. ff. de rei vind. l. 3.
C. per quas perſ. c. avaritia de electione in 6to.* fraudes non ſunt
concedendæ *l. 1. pr. ff. de dolo malo c. ad omnium extra de empt.
& vend. Vid. prolixius Speid. in notab. tit.* Banckorothirer.
*pag. 88. Limn. d. l. num. 334. Weinm. theſ. 25. 26. Schön. theſ. 16.
Hermes faſc. juris publ. c. 11. num. 106.* niſi ipſi creditores de ſuo
jure velint, quid remittere & conſentire in hoc privilegium.
Hoc enim caſu & fallitis dari poteſt ob communẽ juris regu-
lam, Volenti non fit injuria *l. 9. §. 1. ff. de aqu. & pluv. arc. l. 6.
§. 9 ff. quæ in fraud. cred. c. 27. de R. J. in 6to* [g) *Hillig ad Do-* g
*nell. l. 22. c. 9. lit. b. Limn. d. lib. 4. c. 8. num. 343.* idque propter
odium mendacii, inficiantibus enim in fraudem privilegium
eſt dennegandum Aut. *contr. c. de non num. pec. l. 10. §. 1 ff. de
fidei.* requiritur tamen. (1) ut dolo & defraudandi animo de-
bitum negaverit (2) in negando perſtiterit (3) ab adverſario
convictus, fuerit *Hillig. ad Donell. l. 20. c. 3. lit. r.* (h) Quod h
enim ſemel repudiatum eſt redintegrari nequit *l. fin. C. de con-
dit. in ſert. l. 34. C. de tranſact. c. ut contingat 28. X. de jure ju-*

*rando*, quin ipſe JC. ait, turpe eſſe redire ad id, cui quis renunciandum putavit *l. 11. C. de reb. cred.* illique, qui ſemel aliquid repudiat ad idem regreſſus denegatur *l. 14. §. 9. ff. de ædil. Edict. Hilliger ad Donell. d. l. Limn. d. l. num. 343. Weinm. theſ. 35. Schön theſ. 19.* Contrarium tamen arridet *Mollero l. 4. ſemeſtr. 6to*
i *num. 2. Anton. de reſcr. mor. concl. 26.* (i) vim enim & executionem ſententiæ non remorantur *l. fin. C. ut lit. pend.* reſcriptumque contra rem judicatam (quia res judicâta effectu carere non debet) non valet. *l. fin. C. de ſent. l. 16. c. de transact. c. 11. §. licet autem Extr. de arbitris. Gail l. 2. obſ. 58. num. 6. Anton. concl. 28.*

## V.

Datur hoc beneficium contra creditorem, (a) & pro debitis non exceptis: excipiuntur enim debita jurata, (b) debita ex cauſa delicti, (c) fiſcalia, (d) opificum & mercenariorum, (e) pupillaria, (f) eccleſiaſtica, (g) æque pauperum, (h) Eduliorum, & commeſtibilium in foro venalium, (i) alimentorum, (k) creditorum futurorum (l) dotis, (m) locationis, (n) commodati, (o) depoſiti, (p) &c.

a (a) Sive hypothecarius ſit, ſive Chyrographarius, nihil refert. Adverſus utroſque enim hæ induciæ conſiſtere poſſunt. *Perez. ad Cod. tit. qui. bon. ced. poſſ. num. 27. Dn. Carz. jurispr.*
b *for. p. 2. conſt. 22. d. 29.* (b) quia in dubio Princeps actui jurato non illigitur derogare velle *c. 19. extr. de reſcriptis Beſold. Theſ. Pract. pag. 636. Limn. cit. loc. num. 344. Speid. notab. pag. 757. Weinm. theſ. 34, Hermes faſc. J. P. c. 11 num. 118. quæſt. 12.* excepto caſu, ſi princeps expreſſe in reſcripto mentionem fecerit quod non obſtante juramento effectũ habere debeant. *Weinm. theſ. 36.* Principem enim à juramento obſolvere, (ut ad effectũ agi poſſit) tanquam perſonam ſecularem poſſe jura tam civilia

Ju-

Juſtineanea (*l.38. ff. ad munic. l. ult. ff. qvi ſatisd. cog. l. 6. ff. de Jur. patr. l. 30. ff. de op. lib. l. fin. ff. de re milit. l. pen* C. *de transact. l. 1. §. 1.* C. *qui milit. poſſ. l. ult.* C. *de non num. pec.*) quam ipſe leges Imperii (*de anno* 1555. §. damit auch obberührete ꝛc. Churfürſtl. Landsord. *p. 2. tit. 30.* Cam̃ergerichtsord. *p. 2. tit. 24.* ] admittit. *Gail. l. 1. obſ. 25. num. 4. Carpz. jurispr. for. p. 2. c. 36. §. 1. & ad L. Reg. c. 6. ſect. 12. num. 4. Otto. c. 11. pag. m. 376.* Löffelholtz. *de Regalibus theſ. 8. lit. d. Spreng. J. P. Syntagm. c. 3. p. 91. Nimm. de Regal. theſ. 5. lit. c. Mich. de jurisd. theſ. 40. Hering. de fidei. c. 19. num. 121. Sixtin. de Regal. l. 1. c. 4. num. 8. p. m. 65* (c) *arg. l. 51. 52. ff. de re jud.* nemini enim malefi- c
cia lucroſa eſſe *l. 1. pr. ff. de dol. mal.* nemo que doli ſui præmia ferre debet, *l. 31. ff. de arbitr.* ſed publice intereſt ut ad deterrenda maleficia aliis exemplo ſit, malê meritus publicè egeſtate laboret *l. 31. pr. ff. depoſiti l. 25. §. 7. ff. quæ in fraud. cred.* Non dicam de eo, quod lex generalis non ſolum non includat ſed excipiat dolos & fraudes *l. 60. §. 4. ff. mand. l. 20. §. 11. ff. delibert. leg. l. 12. ff. quæ in fraud. cred. vid. Limn. d. l. num. 344. Beſold. Theſ. Pract. p. 635. Schön theſ. 17. Weinm. theſ. 40. Speidel. notab. p. 557. Anton. de morat. reſcr. concl. 38. Hermes d. l. num.* 118. (d) *l. 3. C. de primipilo c. non damnoſa, 25. quæſt. 2.* multum d
enim intereſt fiſco debita quam citiſſime ſolvi *Nov. 17. c. 7. §. 1.* & judicatũ contra fiſcum intra triennium retractari poteſt *l. un. C. de ſent. adv. fiſc.* (quod inter privilegia fiſci numerat *Struv. Syntagm. Juris civ. exerc. 50. theſ. 37.*) *vid. Schönb. l. 5. polit. c. 26. Beſold. theſ. Pract. p. 636. Limn. d. num. 344. Schön. theſ. 25. Weinm. theſ. 41. Hermes d. c. 11. §. 119.* Reiffenrath / *de jur. fiſci theſ. 9. num. 8.* Lange *de jur. protoprax. cred. theſ. 27. Ming. de ſuper. territ. theſ. 74. Donell. l. 22. c. 9. lit. m.* (e) non e
tantum propter rationem juris divini quod *levit. c. 19. §. 13. Tob. 4. verſ. 15. &c.* præcipit, ut cuilibet operario merces ſua attribuatur; ſed & humani; tamque juris civilis, utpote quod nemini officium ſuum damnoſum eſſe vult *l. 27. ff. quemadm.*

*teſt.*

*ſta. aper. l.61. §.5. ff. de furt. l. ult. C. de alluv. Weſ. π. ff. de pri-
vil. cred. num.5. Moll. 4 ſemetr. 6to num 3.* quam Canonici, *c. cum
ſecundum 16. extr. de præbendis &* Saxonici *Conſt. Elect. p.1. conſt.
28. pr. verbo.* daß für andern Schulden das Liedlohn ꝛc.
Churfl: S: Gerichts-Proceſſ: *tit. 42.* nec intereſt aut ſit mer-
ces unius vel dimidii anni an plurium teſt. *carpz. juriſpr. for.
p.1. conſt. 28. d. 24. num. 6. Q. autem.* Qui nam dicantur
mercenarii famuli? Welche weſentlich bey einen in ſeiner Behau-
ſung und an ſeinen Brodt oder an ſtat deſſen in ſeinen gewiſſen Koſt-
gelde zu ſeyn pflegen Churfl: Gerichts-Proceß *tit. 42. §.* Nechſt
dieſen. Qui in ædibus debitoris commorantur ejusque pane &
aqua aluntur Lange *de protoprax. cred. theſ. 31.* E. g. Kauffdiener/
Schreiber/ Knechte/ Mägde/ Kutſcher/ Köhen/ Muhmen/ Schlüſ-
ſern/ Reitknechte/ ꝛc. *teſt. carpz. d. l. D. 25.* Q. An pædagogus ſub
hoc numero comprehendatur? *A. idem D.* 26. Non. com-
prehenduntur illi quibus alterutrum horum requiſitorum
abeſt ut e. g. ſunt Schuſter/ Schneider/ Becken/ Fleiſcher/ Bo-
then/ Mitkutſcher/ Barbierer/ Breyer/ Schreiner/ Buchbinder/ ꝛc.
idem *D. 27.* Lange. *de protoprax. theſ 31.* nec factores mercato-
rum per ejuſdem dicti loci *Def. 28.* nec advocati Churfürſtl.
Gerichtsord: *tit. 42. carpz. eod D. 30. Speidel. notab. verb.* Lied-
lohn *p. 630.* nec actuarii judiciales (die Gerichtshalter:) niſi ſint
in convictu debitoris *Carpz. d. l. D. 29. vid. Beſold. theſ. pract. p.
635. Weinm. theſ. 32. 33. Schön theſ 25. Limn. d. l. num. 342. Hein-
rich* von Anten *de priorit. cred. theſ. 79. lit. a. Hillig. ad Donell.
l. 22. c. 9. Anton. concl. 44. Ming. de ſuper. theſ. 74. Hermes d.*
f *num. 118.* (f) ut & minorum & viduarum, utpote perſonarum
miſerabilium. *l. un. C. quand. Imp. nomine pup. & vid. alioſque*
&c. tum ob favorem ætatis pupillaris cui ob fragile & infir-
mum conſilium multisque captionibus ſuppoſitum *l. 1. pr.
ff. de min.* ſubveniendum. (Hinc mos laudandus Galliæ ut in il-
la equites auratidum gladio Regis feriuntur juramento pro-
mittere cogantur, ſe velle viduas, pupillos, & orphanos in eorũ
ne-

neceſſitate protegere. *Speidel. notab. tit.* Ritter. *p. m. 795. Limn. Tom. 2. l. 6. c. 5. num. 95.)* Tum quia hi Eccleſiæ & fiſco quoad privilegia æqui parantur *c. 1. Extr. de in integr. reſt.* cõtra quæ tamen moratorias inducias non dari partim dictum, partim dicetur *Beſold. theſ. pract. p. 636. Weinm. theſ. 42. Schön theſ. 27. Hermes d. l. Anton. concl. 33. Becht. de ſalv. cond. theſ. 245.* (g) item contra pia loca, hoſpitalia, *Reink. de Reg. ſec. & Eccl. l. 3. claſſ. 1. c. 3. num. 19.* ratio autem cur induciæ locum non habeant adverſus Eccleſiam, eſt, quia omnia, quæ contra Eccleſiam ſtatuuntur, irrita fiunt. *l. 12. §. 1. & Avt. Caſſa* C. *de SS. Eccl. deinde* quia eodem jure cum fiſco & pupillis utitur *l. 2. & 3.* C. *de Jur. reip. l. 32.* C. *de Epiſc. & cler. c. 1. Extr.* de in integr. reſt. quin etiã quia aliis inſignibus privilegiis gaudet, utpote quod habeat tacitam hypothecam in bonis debitoris, Churfürſtl. Proceßordn: *tit. 45. §* Weil wir aber. *Carpz. Jurispr. for. p. 1. conſt. 28. d. 116. vid. Weinm. theſ. 37. Hermes d. num.* 118. *Anton. d. l. concl. 92.* qui tamen ſimulque cum illo *Hillig. ad Donell. l. 22. c. 9. lit. m. Limn. l. 4. c. 8. num. 343. Schön theſ.* 26. monent, ne Eccleſia nimis acerbè exigat debitum, ſi ipſã pauperiores ſint debitores, pauperes enim tanquam filios Eccleſia utpote mater, uberibus nutrire *debet c. 8. 25 quæſt.* 6. Eodem modo contra debita Scholarium vel Studioſorum induciæ moratoriæ dari nequeun, (1) quia cauſæ Studioſorum perfruuntur omnibus privilegiis competentibus piis cauſis. *Beſold. de privil. Stud. c. 3. p. m. 39.* (2.) quia juribus miſerabilium & pauperum utuntur, pauperes enim ex divitibus fiunt, & ſemetipſos exanimant, Av. habita (ne filius pro patre (3.) quia, ſi legatum ad dotem & Studia relictum nec utrique ſufficit, ſtudiorum favor præferendus eſt uti teſtatur id *Beſold. ibid* addo (4.) quia ſumtus debitos ad ſtudia ex patre exigere, illoque morante ab alio illos petere poteſt (ita tamen ut pater teneatur contra SCtum Maced. per *l. 7. §. 13. ff. ad SCtum Maced.*) ne à ſtudiis deſiſtere cogatur. *Fomaun. ad. d. Avt. habita*

 *Diſp.*

*Diſp. theſ. 35. Heig. ad §. 6. inſt. qui cum eo qui pro alio num. 9.*
*Weſ. n. ff. ad SC. Maced. §. 8. Limn. d. num. 340. Weinm. theſ.*
h *45. Schön theſ. 31.* (h) Quod enim pauperibus debetur, ipſi
Eccleſiæ debetur. *Perez. ad C. de SS. Eccl. num. 9.* contra Ec-
cleſiam autē non dantur dilationes, ergo nec contra hos, quin
ipſa naturalis ratio hoc probare videtur, ut privilegium,
quod in ſubſidium pauperis datum in præjudicium tertii pau-
perioris non extendatur *arg. l. 2. §. merito 10. & §. ſi quis ib. ff.*
*ne quid in loc. publ.* quinam autem pauper dicatur cum JCti
diſſentiant teſt. *Gail. l. 1. obſ. 142. num. 8. Jacob.* Schultz. *loc.*
*comm. tit. legat. num. 13.* & arbitrio judicis illud determinan-
dum relinquant *Carpz. jurispr. for. p. 3. conſt. 13. D. 21. num. 4.*
*Ludw. comment. inſt. ad. §. 6. de Excuſ. Exercit. 5. theſ. 11. l. b.*
*Schneidw. ad eund. §. num. 2.* hinc tantum dicam, quod duo
requirantur in paupere, ne contra illum quinquennales hæ lo-
cū habeant nempe (1) ut ſit æque pauper, aut pauperior debi-
tore, & (2) quod hoc probari poſſit. Probatio namque ipſi tan-
quam actori competit. *l. 2. ff. de prob. l. 1. C. eod.* affirmanti que
non neganti incumbit *l. 23. C. eodem Nov. 18. c. 8. Limn. num.*
*342. Schön theſ. 23. Weinm. theſ. 31. Speid. & Beſold. d. l. Anton.*
i *concl. 44. num. 18.* (i) E contrario enim non ſolum annonæ cari-
tas timēda eſſet, dum nemo aliquid civitati afferret, & ſic mul-
ti ſortis & fortunæ inferioris homines perituri eſſent, & ipſa
commercia interirent. Statim igitur adducentibus ejuſmodi
in forum venalia, pretium ſolvendum eſt *l. 2. ff. de mund. l. 14.*
*ff. de R. J. Hermes. num. d. 118. Limn. num. 18. Schön theſ. 30.*
*Weinm. theſ.* 43. (k) diſtinguendum tamen hic benè, an debe-
antur alimenta valde egenis, an aliis qui ſe alio modo ſuſtenta-
re interim poſſunt, priori non poſteriori caſu exigit humanita-
tis neceſſitas, ut ſine mora ſolvantur debita alimentaria, ſine
his enim corpus ali nequit *l. 6. ff. de alim. & cib. leg. Schön*
*theſ.* 30. *Weinm. theſ.* 38. *Limn. d. l. num.* 342. *Ming. de ſuper.*
l *territ. theſ. 74. Anton. concl. 35. num. 15.* (l) *arg. l. 3.* C. de *bon.*

*aut.*

aut. jud. l. 28. §. 2. ff. de lib. leg. generalis diſpoſitio namque ca-
ſus futuros & incognitos non comprehendit. l. 7. ff. de aur. &
arg. leg. l. 4. ff. de transact. l. 34. §. 1. l. 41. §. 4. ff. de leg. tertio
Schön theſ. 34. Weinm. theſ. 44. Beſold. theſ. pract. p. 637. Her-
mes d. l. num. 117. Anton. concl. 37. (m) cauſa enim dotis nul- m
lam retentionem ſeu retardationem patitur l. 1. §. 5. C. de rei
ux. act. & loco alimentorum ſuccedit. Weinm. theſ. 45. Schön
theſ. 31. Ming. d. l. theſ. 74. Anton. concl. 41. (n) res locata nam- n
que ſtatim finito tempore reſtitui debet l. 25. C. loc. cond. impri-
mis ut evitaretur abſurdum illud juris, quod conductor habe-
at & rem & mercedem l. 12. §. 18. ff. de act. emt. & vend. Weinm.
theſ. 46. Schön. theſ. 33. Limn. d. l. num. 343. Anton. d. concl. 43.
(o) non locum habent adverſus hujus repetitionem, quia o
nemini jus ſuum auferendum, ſed ſuum cuique tribuendum
§. 3. inſt. de J. & J. & nemo cum alterius damno locupletari
debeat l. 28. ff. de dol. mal. idem quoque dicendum eſt ad repe-
titionem pignoris & precarii Weinm. theſ. 47. Limn. d. num. 342.
Hillig. ad Donell. l. 22. c. 9. lit. l. Anton. conc. 43. num. 19. (p) p
Nam ſtatim quandocunque depoſitario libuerit, hoc redden-
dum l. 11. pr. C. depoſ. Treutl. vol. 1. Diſp. 26. theſ. 5. lit. c. ante
tempus quoque pacto conſtitutum l. 3. §. 45. & 46. ff. eod.
Ludw. exerc. 11. theſ. 9. lit. g. & hinc fit, ut ille, qui dum poteſt,
rem non reſtituit, dolo teneatur l. 36. in fin. ff. de pec. l. 1. §. 22.
& 47. ff. depoſ. Heig. ad Inſt. tit. depoſ. num. 26. ubi in §. 27. li-
mitat & dicit, depoſitum ſtatim reddendum eſſe, niſi dopoſita-
rius talis perſona ſit, cui vel jure dari non debeat, vel ob peri-
culum non poſſit. c. ne qui arb. 22. quæſt. 2. l. 31. ff. depoſ. Struv.
Syntagm. jur. exerc. 21. theſ. 33. (Rem depoſitam præ omnibus
aliis creditoribus qualitercunque privilegiatis vindicari poſſe,
teſtatur Carpz. jurispr. for. p. 1. conſt. 28. d. 15.) Q. An adverſus
guarentigiatum inſtrumentum locum habeant? (quod para-
tam executionem habere dicitur. à Beſoldo theſ. pract. h. t. p. 364.
Treutl. vol. 2. Diſp. 5. theſ. 5. lit. c.) aff. arg. l. 3. ff. de Conſt.
princ. Weinm. de reſer. mor. theſ. 49. VI.

## VI.

Forma literarum moratoriarum conſiſtit ex parte petentis in ſupplicis libelli oblatione (a) & cautionis (b) fidejuſſoriæ (c) præſtatione. Ex parte concedentis, in exacta cauſæ cognitione (d)

a (a) Libellus explicare debet (1) cauſam & qualitatem infortunii daß ihn aus unverſehenen zugeſtoſſenen Unfällen Leib und Güter verdorben / Reformation der Policeyord. *de anno 1548. & 1577. tit.* von verdorbenen Kauffleuten / (2) veritatem infortunii probare debet. Non enim aliter reſcripta valent, quam ſi preces veritate nitantur. *l. 7. pr.* C. *de div. reſcr. l. 4.* C. *ſi contr. jus vel util. publ. l. 5.* C. *ſi quis alt. Nov. 138. in fin. c. 2. ſup. lit. 20. & fin. Extr. de reſcr. Spreng. J. P. c. 7. p. 92.* & veritate abſente vanam harum petitionem eſſe ipſa reformatio dicta dicit verbis ſequentibus. Wo da aber anderer Geſtalt und mit verſchwiegener Warheit ſelbe außgebracht oder erlangt werden / alsdenn ſollen ſie Krafftloß und unverträglich ſeyn. Mendax enim precator omnibus debet carere impetratis *c. ſedes 15. Ext. de reſcr. c. ſup. eo 2. Ex. de crim. falſ. Gail l. 1. obſ. 14. Perez. ad C. tit. ſi qui contr. jus num. 2.* Melioris itaque probationis non neceſſitatis (in iis enim qui in terris peregrinis infortunium paſſi, cujus Magiſtratus teſtis eſſe non poteſt, ſufficit per dictam *reformationem de anno 1548.* daß ſie gläubige Uhrkund und Schein vorbringen *Limn. l. 4. c. 8. num. 336.*) gratia teſtimonium magiſtratus, ſub cujus adminiſtratione vixerunt, adhibere poſſunt per *dict.* Policeyord. *dictumq; tit.* §. Römiſcher Käyſer oder König. *vid. Eubenius ad Perez. in* C. *de prec. Imp. off. num. 5. lit. f.* (3.) probare debet libellus difficultatem & impoſſibilitatem ſolvendi, ſimulque intentionem quod allaborare velit, quo ſolvere poſſit; hinc ut demonſtret, opus eſt, ſe nomina activa habere, ut ſatisfacere poſſe ſperet, quæ probatio optimè conſpici poterit aus den Sendſchrifften / Registern / die er

we-

wegen ausſtehenden Schulden hat / *Schön theſ. 36. VVeinm. theſ. 52. 53. Limn. d. l. num. 334. & ſeqq. Eub. ad Perez. in* C. *de prec. Imp. lit. f. Hillig. ad Don. l. 22. c. 9. lit. i.* (b) ob verba generalia b
ordinationis politicæ dictæ, nach dem gemeynen Rechte / quod commune jus in *l. 4. C. de prec. Imp. off.* fundatur ubi dicitur, quod ejuſmodi privilegium non valeat, niſi idonea præſtita ſit cautio *Beſold. theſ. pract. p. 634. Gail l. 2. obſ. 16. num* 14. *Treutl. vol. 2. Diſp. 24. theſ. 4. lit. e. Hafner de mercatore theſ. 201. lit. c. Ming. de jur. territ. ſuper. theſ. 74. Spreng. Syntagm. J. P. c. 7. p. 204. Leiſchn. de Mercatura theſ. 69.* alias enim debitor omnia dilapidaret, & creditor hinc inde nihil haberet, quo convenire eum poſſit, ſecundum proverbium Germanor. Wo nichts iſt / hat der Käyſer das Recht verlohren / hinc inde tamẽ non ſequitur, quod fidejuſſoria cautio ſit de eſſentia harum induciarum, ita ut ſine illa perſiſtere nequeant, Si enim hæc fidejuſſoria cautio à parte creditorum, in quorum præjudicium datur, non petitur omitti poteſt, ſalvo manente reſcripto. Princeps enim ſicut citra voluntatem creditorum hanc remittere non poteſt. *arg. l 8. ff. de prætor. ſtip VVeinm. theſ. 58. Limn. d. l. num. 338.* Sic, ut exigat, opus non habet, *l. 4. §. 5. ff. de damn. inf. vid Schön theſ.* 38. *VVeinm. theſ.* 62. 63. *Hermes. d. l. num.* 112. *Perez in* C. *d. l. num.* 6. *& ad illum Eub. lit. m. n. o. p. Anton concl.* 43. (c) Hanc tam in annali, quam quinquennali requici, c
probat generalitas *l. 4.* C. *de prec. Imp. off. Limn. d. l. num.* 340. *Hermes quæſt.* 6. *num. 112. c. 11.* Quid autem ſi debitor tantum non haberet in facultatibus ut fidejuſſores dare poſſit, an tunc juratoriæ locus ſit? aff. (1) quia juratoria cautio ſuccedit in locum fidejuſſoriæ *Aut. gen.* C. *de Epiſc. &* Cler. §. 2. *Inſt. de Satisd.* (2.) quia quotieſcunque deficiunt cæteræ cautiones, juratoriam hanc locum habere, obſervari in Praxi beſtetur Carpz. *p. 3. conſt. 15. D. 53. Schön theſ. 39 Weinm. theſ.* 65. requiritur, tamen, ut locum hæc obtinere poſſit, injurante, ut ſit integer vitæ, non ſuſpectus de fuga, & quod nec pignora nec fi-

 dejuſ-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-557812-p0031-4

dejuſſores,licet omnem adhiberet diligentiam, invenire potuerit. *Nov. 112. c. 2. Nov. 134. c. 9. Gail l.2.obſ.47.num.8.Treutl. vol.1. Diſp.5. theſ.2. lit.b. Weſ. in π.ff. qui ſatisd. cog. num. 10. Bachov. ad inſt. §.2. de ſatisd. num. 1. Heig. in comment. ad eund. num. 6. Struv. ſyntagm. jur. exerc. 5. theſ. 26. Dn. Carpz. jurispr. for. p. 1. conſt. 5. D. 9.* (d) quæ conſiſtit in hoc, ut conſideret qualitatem & conditionem creditoris ſupra *theſ.* 5. debitoris *ſup. theſ.* 4. & debiti *theſ.* 5. & ut neque nimis facilis, nec nimis difficilis ſit in concedendo has inducias, hinc nec nimis diu, nec nimis breviter concedat. Quæritur ergò quodnam tempus requiratur? hujus determinatio relinquenda eſt arbitrio principis. Nam quod expreſſe in jure definitum non eſt, ex judicis arbitrio pendet. *l. 1. §. 2. ff de jur. delib. l. 9. C. eod.* licet autem nonnunquam annus, biennium, triennium, quadriennium concedatur, quinquennium tamen eſt uſitatiſſimum ex quo & nomen habere dicitur. in d. *reformation* der Policeyord. *Hermes quæſt. 4. c. 11. num. 220. Weinm. theſ. 59. 60. Schön theſ.* 40. *Limn. cit. loc. num.* 341. *Anton. concl.* 48. poteſt tamen utilitate & neceſſitate exigente Imperator illas ulterius concedere, non enim ſe coanguſtari patitur Majeſtas, & nulla ratio dari poteſt, cur quinquennium præciſè requiratur. Imò Imperator elapſo hoc induciarum tempore illud reiterare poteſt *arg. l. 7. ff. de fer.* neceſſitateque publica poſcente plane alicui jꝰ ſuū auferre *l. 9. C. de op. publ. Treutl. vol. 1. D. 1. theſ. 5. lit. e. Ludw. exerc. 1. theſ. 13. l. d. Gail l. 2. obſ. 36. Weſ. π. ff. de acquir. rer. dom. num. 7.* (favor enim publicus privato anteferendus *l. 3. C. de primipilo Gail. 2. d. l.*) *vid. Weinm. theſ. 61. Schön th. 54. Hermes. cit. loc. diſſentit Hering. de fidei. c. 5. n. 135. ſeqq. Eub. ad Perez. C. de prec. Imp. off. n. 5. l. h.*

VII.

Effectus (cum qvo coincidit finis) eſt, ut creditor intra illud tempus conceſſum, exigere debitum non poſſit (a) à ſuis tamen petere qveat (b) qvod uſu-

ſuræ non currant; (c) præſcriptio impediatur (d) heredibus autem proſit (e) ac fidejuſſoribus (f) & qvod excludat beneficium ceſſionis bonorum (g).

(a) *Ming. de ſup. territ th: 74. nec debitorem* interim ar- a
reſtare *Limn. l. 4. Tom. 1. c. 8. num. 333.* Sed Q. Qvid ſi durantibus induciis debitor locupletior factus fuerit, an teneatur ſolvere, & ſi non ſolvat, an poſſit compelli? Reſpon. ab Imperatore poteſt, ſi nimirum ille vel alius princeps privilegium datum ob ceſſantem cauſſam (paupertatem nimirum) revocando, effectum tollat. *l. 4. §. 1. de mun. & hon. vid. Lim. d. l. n. pen. Schön th. 41. Hillig. ad Don. d. l. k.* (b) Aliàs enim b
media conſeqvendi finem harum induciarũ denegarentur, ſi enim ipſi non liceret exigere à debitoribus ſuis ſua debita, ex qvo tandem creditoribus poſſit ſatisfacere, qvod tamen ut interim fiat, neceſſe eſt, ut dictum theſ. præced. probe tamen obſervetur ne ſit æqve pauper ac ipſe debitor, tunc enim locum has inducias non habere monui *theſ. præced. 5. l. b. vid. Carpz. juriſpr. for. p. 3. conſt. 31. D. 1. n. 17. Schön th. 43 Weinm. th. 69.*
(c) Qvamvis hoc negat Schön / *th. 45. Hermes qvæſt. 10. c. n. n.* c
*116. Lim. cit. loc. n. 150. Heig. ad inſt. de Leg. n. 6.* contrarium tamen verius videtur (1) ob rationem legis finalis *pr. C. de uſur. rei jud.* ubi de illo tempore, qvod judicatis datum eſt, uſuras non currere. *(2.) ob l. 32. §. 2. ff. de uſur.* ubi uſuræ ex mora debere dicuntur, qui autẽ principis reſcriptũ habet, morã committere non poteſt (in mora enim non eſt, qui legitimâ exceptione ſe tueri poteſt *c. 60. de R J. in 6to) Anton. de reſ. mor. cond.* 50. *(3.) ob c. 61. de R J. in 6to* quia quod in gratiam alicujus conceſſum, in ejus diſpendium non dandum ſeu retorquendũ, (ſtricti namque juris rigor quandoque relaxandus, ne contractus plane inutilis reddatur *Muxellanus ad Reg. 61. in 6to* §. 8.) ſi autem uſuræ hujus dilationis currerent, retorqueretur id in damnum debitoris, quod in gratiam ejus conceſſum. Uſuræ enim

enim adeò creſcerent, ut tandem ipſa debita ſuperarent. Quia [4] naturalis æquitas requirit ut miſerorũ miſereamur *Dn. Carpz. juriſpr. for. p. 2. C. 30. C. 46.* Si modò pingvioris conditionis factus non fuerit *Treutl. V. 2. D. 24. theſ. 4. l. c. Moll. 4to ſemeſtr. 7. n. 3. Hering. de fidei. c. 22. n. 43. Weinm. th. 70. An-*
d *ton. concl. 50.* (d) *per l. ult. C. qui bon. ced. poſſ. in fin.* ibi nullo præjudicio creditorũ cuiquam ex quinquennii dilationẽ circa temperalem præſcriptionem generando & *arg. l. 1 §. 2. C. de annal. præſcr. Limn. d. l. n. 150.* Schön *theſ. 44. Weinm. theſ 74.*
e f *Anton. d. l. concl. 58.* (e) de quibus ſupra dictum *theſ 5. l d.* (f) de
g quibus *theſ. eodem l. e.* (g) *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* creditores enim duplici onere non gravandi *VVeinm. theſ. 79. VVoggeſſ. de ceſſ. bon. theſ. 6. Hering. de fidei. c. 5. theſ. 127. Schneidw. ad §. ult. Inſt. de Act. n. 4. diſſentit* Schön *th. 46.*

* * *

## COROLLARII LOCO.

1. An in Auguſtam cadat crimen læſæ majeſtatis? Neg.
2. An Vicarius Imperii cognoſcere poſſit de feudis Regalibus majoribus? Aff.

Hæc ſunt, quæ tibi, lector benevole, pollicita eſt ingenii tenuitas; in quibus, ſi quæ ſint quæ erroris & lapſus accuſari poſſint, illa defendet, & excuſabit ad errores facilè proclivis animus humanus. In nullo enim aberrare & in omnibus irreprehenſibilem eſſe, divinæ ubique ſolius, non mortalis eſt conſtantiæ ac roboris. *Conſtitut. Dedit nobis de confirmatione ff. §. 13.* Interim.

*DIVINITATI GLORIA.*

---

## AD POLITISS. DN. RESPONDENTEM.

DEbendi exhibuiſſe *moras* juvat, Optime gratas:
Qvò, qvid non facias, innuis ipſe ſatis.
Nempe moras vitas velut angvem acriq; labore
Ocyus acceleras, qvæ facienda tibi.

Stren

Strenuus ut pergas moneo Jus volve revolve:
Certè ſic citius præmia digna feres.

*PRÆSES.*

*HUc modò Nereidum veniens mercator ab oris*
*Vellera bis Tyrio murice tincta vehit:*
*Tu qvoq;, Spes Patriæ Charitumq;, haud ſegnior acri*
*Impete Pieriis mercibus aſtra petis.*
*Ergò age rumpe moras (qvod agis) Tibi Delphicus olim,*
*Aſtris propitiis, tempora cinget honos.*

Ita præſtantiſſimo Dn. Reſpondenti
Gratulabundus acclamare voluit
Joh. Ern. Noricus, D.

## *EPIGRAMMA.*

*L. FRID. RAPPOLTI, PROF. PUBL. & h.t. Fac. Phil. Decani*
*ad*
*Politiſſimum Dn. Reſpondentem, Amicum Dilectum,*

INduciarum, debitori qvod datur,
Et gratiarum tempus & jus, & modum,
Magno juvante literarum Præſule,
Curatiori ventilas dum indagine,
Amice dulcis; Turcicas inducias
Fama ecce nobis ridibunda nunciat,
Atroxqve bellum pace compoſtum canit.
Nil ominemur ſuſpicando triſtius,
Totumqve Diæ vendicemus gratiæ,
Et, qvâ qvietem poſtulavimus, preci,
Hoc eſſe functos turbine atqve acri metu.
Sed & auſpicatum, FINDEKELLERE, id bonis
Tempus putemus atqve felix literis,
Huicqve erudito, qvod ſubis, certamini
Ante alia fauſtum. Nempe debitor velut
Induciarum redditur tabulis ſibi,
Gravibus ſolutus flagitatorum minis;
Perterrefactis pace ſic priſcus redit
Vigor Camenis. Si qvid angit amplius,
Et bella nobis aſperat civilia,
Poſt illa portæ barbara Ottomannicæ;

Id ipſe rerum temperabit arbiter,
Malumqve in ipſos vertet autores Deus.

α. ω.

IN ſtudiis cui diſplicuit MORA QVINQVE DIERUM
QVINQVENNALEM aptè diſputat ille MORAM.
Tu qvicunqve petis templum VIRTUTIS-HONORIS,
Nil cunctate citò ſperne moras Remoræs:

M. Fridr. Geislero. R. S.

*Dum ſcandis doctam fortis, PERAMANDE, cathedram*
*Oſtendis ſtudii prævia Signa tui,*
*Non tibi noſtra Themis, ſi pergis, claudet honoris*
*Templum, ſed Studii ſtet ſine morte decus*

Johann Goldhhan / U. J. Stud.

ULtima non laus eſt longo ſudore parare
Merces, qvas nobis venditat alma Themis.
Ultima non laus eſt Tibi, ſcandere pulpita, merces
Emtas dum ſtudio jam trutinare cupis.
Pergito ſuſceptum laudis pertexere telum,
Et capies ſtudiis digna trabea tuis.

*Theodorus* Werner. *LL. Stud.*

*Pulpita dum ſcandis Themidos, dumq; illius aris*
*Egregium monimen rite ſacrare paras,*
*Chare mihi, cœptis feliciter accino latus,*
*In Stadio ſtudii pergito, Spes Patriæ.*

Johann Jacob Hannitſch SS. Th. Stud

## Madrigal.

Minerva ſprach der Themis zu.
Vnd bat / ſie möchte doch zugeben /
Daß in der ſüſſen Ehren-Ruh
Ihr Findekeller möge leben.
Vnd ſieh! geehrter Freund / ſie thut die Thüren auff
Damit dein heiſſer Fleiß vollende ſeinen Lauff.
**Wol dir / weil Götter vor dich ſorgen.**

Laurentius Theil. Med. Stud.

ULB Halle 3
005 803 330

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-557812-p0037-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-557812-p0038-3

1664, 5

JESU SALVATORE FAVENTE
&
*Magnifico JCtorum ordine indulgente*

# DISPUTATIONEM JURIDICAM
De
# QVINQVENNALIBUS INDUCIIS,

*Sub*
PRÆSIDIO
*Magnifici Academiæ RECTORIS,*
VIRI
*Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Conſultiſſimi,*
*Excellentiſſimi,*

DN. AMADEI Eckolts/ Phil. & U. J. D. ac Prof. P. Facult. Jurid. Aſſeſſoris, Domini Patroni, Præceptoris, ac Fautoris ſummo amoris ac honoris cultu devenerandi Publico eruditorum Examini ſupponit.

JOHANNES SIGISMUNDUS Findekeller/
Dreſd. Miſn. A. & R.
*Ad diem 13. Octobr. Anno 1664.*
Lipſiæ in Collegio Petrino.

---

Literis JOHAN-ERICI HAHNII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-557812-p0039-2